



NOBILIBVS, CLARISSIMIS,
PRVDENTISSIMISQVE VIRIS, AC
DOMINIS CONSVLIBVS, PROCONSVLIBVS, CÆTERIS-
QVE SENATORIBVS SACRI ROMANI IMPERII
ciuitatis Colonienſis Agrippinæ,

IOANNES DE CASTRO S. P.



ET VS hæc consuetudo est, amplissimi, prudentissimiq; viri, ut, qui aliqua ingenii industriaq; sua specimina in publicum emittunt, ea magnis viris dedicent; eaq; oblatione partim suam erga illos obseruantiam & studium declarent, partim eorum benevolentiam ac fauorem aucupentur; quin & monumenta sua eorundem patrociniò aduersus iniquorum obrectationes muniant. Cum igitur & ego in iucundissimo Musices studio